



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Albertus C. 7. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Utriusque tamen metum discussit Angelus, qui & ignem oppressit, & rotæ volubilitatem conversionesque stitit. Theoclia mater, auditō filii casū, in carcerem ad filium penetrat, vulnera obligat, gratisque vocibus prædicat, quod Martyrē peperisset. Noctu inter precandum cælesti voce confirmantur. Damnato denique ad crucem CALLIOPIO, mater pretio lictores obstrinxit, ut situ inverso statuerent crucem. Mira feminæ virtus in comparationē Machabææ vocanda. Ad supplicium velut triumphantem prosequitur, in cruce tanquam sollio filium spectatura. Pendente cælestis nuncius ad æternitatis gloriam evocavit, mater amplexu stringens exanimum, pignus præmissum ad Superos filium è vestigio est insecura. Ex Metaphr. & Baron. in Not.

Perpende & invicem confer tribulationem & gloriam; momentaneum & aeternum; leve & pondus; gaude & exulta, quia quod tribulationis sustines, momentaneum est, quod gloria & praestolaris, aeternum est; leve est, quod toleras, pondus, quod exspectas. S. Petri Dam. l. 8. ep. 6.

### S. AIBERTUS C. 7. Aprilis.

**A**IBERTVS statis à puero precationibus somnum distinguebat. Terram, originis memor, frequenter osculabatur: finemque respiciens, modico alimento moriturus utebatur. Cum vitam S. Theobaldi Poëticis viuetam numeris à vano homine demisisset altius in pectus, in loca primum sola recessit: Aquilæ deinde specie cucullium sibi offerentis excitatus, ad Monastiken se vocari intellexit; demum in solitudinem rediit, finemque arctioris vitae initis æquavit. Ibi cum adiu-

8. April. VITÆ SANCTORVM.

183

aditu aquarum eluvionibus obfesso, vitæ necessariis arceretur, Deipara virginū choro cincta buceam panis in os AIBERTI indidit, quā exinde cibi inopiam annis duobus & viginti, duobus minus bibendi desiderium sustentavit. Cilicio corpus, imò innocentiam tegebat ; neque enim castitas tutius habet involucrum. Centies quotidie procumbens, verba divinæ ad Deiparam legationis iterabat. Scamno solōve somnum excipiebat, ingratum naturæ exactorem & pretiosi temporis furem mulctandum, non mulcendum existimans. Multos à devio in semitam virtutis, hiltronem adeò, cuius quondam odæ mutandi statūs occasionem præbuerant, revocavit ; facilis audiendis pœnitentium criminibus, plusque patris quam judicis adferens ad tribunal. Vitâ ad hunc modum in annum quinquagesimum prolatâ, rebus humani eximitur anno M.C.XXIV. & nunc quoque non nisi uno cibo pascitur, ASPECTV DEI. Ex Sur. & Lippel.

Inter pressuras & erumnas ad illum semper oculos erige, qui te paratus est, post flagella, dulcedinis sue gremio confovere; qui te post turbines & procellas in superna quietis amœnitate constituet, & ab oculis tuis lacrymas linteo consolationis absterget. S.Dam.1.8.ep.6.

S. WICTERPUS EPISC. 8. Aprilis.

D E WICTERPO Gallia contendit & Bojaria. sed cælum pridem litem diremit, cum sibi illum vindicavit verior patria. Pontifex Augustæ, fundum, quem ad Julias fauces habebat, Eptatum, DD. VIRGINI & Laurentio donavit, locumque eum velut ad sanctiores ferias Tusculum habuit, frustra Henrico Antistite etiam mortuum

inde